

**1105\*** Sub indice 'apud excellentissimum equitem Nanium inscriptiones spuriae' Guarnierius in schedis recenset inscriptiones XXIII, quae sunt praeter Graecas tres (ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ | ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ | ΣΤΑΓΕΙΡΙΗΣ [sic] et ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ | ΑΡΙΣΤΟΣ ΤΩΝ | ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ | ΣΤΑΓΕΙΡΙΤΗΣ et ΜΝΗΜΑ ΤΟΔ ΑΤΡΕΙΔΕΩ ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΟ ΟΝ ΡΑ ΚΑΤΕΚΤΑ | ΔΙΑ ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΚΤΡΗ ΤΥΝΔΑΡΙΚ ΟΥΧ Ο<ΙΩ<) hae:

- |    |                    |  |
|----|--------------------|--|
| 1  | huius vol. n. 4136 | cum additamento Rossii.  |
| 2  | " n. 4205          |  |
| 3  | " n. 4227          |  |
| 4  | " n. 4302          | cum additamento Rossii.  |
| 5  | " n. 4307.         | Vidi Legnari.  |
| 6  | " n. 4308          | cum additamento Rossii.  |
| 7  | " n. 4342          |  |
| 8  | " n. 4353          |  |
| 9  | " n. 4417          |  |
| 10 | " n. 4466          |  |
| 11 | " n. 4866          | sic: VI ANTONINI AVG   HADRIANI NEP   I PARTHICI PRONE   Ε ΑΒΝΕΡ·Μ·ΑΥΡΕ   ΝΟ ΑΥΓ ΑΡΜΕΝΙΑ   Χ·ΤΡΙΒ·ΡΟΤ·ΧVIIII   Π   ΕΝΣΕΣ |

12 huius vol. n. 4935

13 " n. 4962. Vidi Legnari.

14 " n. 215\*. Vidi Legnari.

15 vol. VI n. 3160 = vol. V n. 76\* urbana *Iuventiae Eutychieae*. Vidi Portogruari.

16 Grut. 1123, 2 = vol. V n. 75\* urbana falsa *have have Herotion*. Vidi Portogruari.

17 " 1023, 6 Urbisalviensis *Vitelliae C. f. Rufillae*.

18 Mur. 1227, 7 " *d. m. Veneriae*. Vidi Legnari edidique vol. III n. 171a\* inter Dalmaticas falsas, genuini archetypi tum immemor.

19 " 347, 1 Fulginas *P. Aelii P. f. Papiria Marcelli*.

20 Burmanni anth. vol. I p. 725 *Laumedon genuit cet*. Sumpta ex Ferreto.

Ex his n. 14 ad fraudes antiquiores Patavinorum referenda est; reliquae videntur proficisci ex eadem officina descriptae fere ex libris editis, praesertim ex Rossii Brixianis. Hodie n. 5. 13. 14. 18 extant Legnari, n. 15. 16 Portogruari; reliquae quo pervenerint ignoro.

#### XIX. FERRARA (p. 16\*).

ad n. 159\* 'ridotto in casa di M. Baptista Facciollini' Ligorius ms. Taur. 6.

ad n. 175\*. Accurate describit Paciaudius *antich. di Ripatransone* p. 109 (cum tabula), unde apparet titulum extitisse in amphora cretacea, ut in ipsa legeretur M-SILLAN, infra lituus cerneretur, denique in operculo eae ipsae litterae redirent circa lituum scriptae et globulis separatae.

#### XIV. ATESTE (p. 21\*).

ad n. 194\*. Prodiit primum a. 1509 in eodem libello, quem in addendis his citavi ad n. 1\*, fol. D<sup>2</sup>.

**1106\*—1111\*** Documentum quod sequitur authenticum munitumque sigillo urbis Barlettiae servatur in bibliotheca publica Hanoverana; edidit C. L. Grotefend in *Philologi* vol. 31 p. 330—334:

In nomine Domini nostri Iesu Christi Amen. Anno a circumcissione eiusdem millesimo sexcentesimo octuagesimo sexto, regnante serenissimo et catholico domino nostro Carolo secundo de Austria, Dei gratia inclito rege Castellae, Arragoniae, utriusque Siciliae, Hierusalem, regnorum vero suorum in hoc praesenti Siciliae citra pharum regno anno eius vigesimo primo feliciter Amen. Die vero decimo tertio mensis Martii, nonae indictionis, Baruli Nos notarius Angelus de Pierro de Barulo, regius ad vitam ad contractus iudex, Ioseph Berardus de eodem Barulo, publicus ubique per totum hoc praesens citra Pharum regnum regia autoritate notarius, habens potestatem et facultatem mea acta publica stipulata et stipulanda per duos scribas per me eligendos in protocollis scribi et poni atque in publicam formam redigi et reassumi facere, prout apparet ex dicta potestate Neapoli expedita per suam Excellentiam eiusque regium collaterale consilium datum die vigesimo quinto Octobris anni 1664. Cui et testes subscripti ad hoc specialiter vocati atque rogati praesenti scripto publico fatemur instrumento, declaramus, notum facimus atque testamur, quod praetitulato die in nostri praesentia personaliter constituti illustrissimus dominus Iacobus Lefebure Parisiensis, Gallus, antiquarius, et dominus Petrus de la Roche Lugdunensis, pariter Gallus, in his regni partibus et praecipue Baruli ac mihi notario bene noti agentes, ad infra scripta omnia quilibet pro se suisque suisque heredibus et successoribus. Qui praedicti duo domini particulares sponte asseruerunt et medio eorum iuramento coram me notario publico, supradicto iudice ad contractus

et infra scriptis testibus vocatis et rogatis affirmaverunt et inprimis praetitulatus dominus Iacobus Lefebure, quod magnam ac praecipuam Europae partem ad antiquitatis Romanae monumenta colligenda peragraverit et in multis regnis ac provinciis plurimorum Romanorum marmorum votivorum, connubialium, sepulchralium aliorumque antiquorum, et a pluribus annis, et a paucis, nempe a quinquaginta plus minus, de terra erutorum figuras formas ac expressiones calamo et colore delineaverit et delineari iusserit: quod horum marmorum ac lapidum fragmenta (nam plurima per partes fuerunt inventa) aliquando iunxerit, et cum opus fuerit in unam lapidis formam redegerit eorumque inscriptiones sic coniunctas exactissime descripserit, et earundem inscriptionum corrosas literas primo ac genuino suo sensui ex scriptorum autoritate, cum legi nequibant, restituerit. Quod plures plurium familiarum lapides, lapidum fragmenta, figuras et inscriptiones, cum Venetiis subinde per aliquot dies existeret, dederit viro doctissimo et in Romanis antiquitatibus versatissimo, illustrissimo domino Theodoro abbati Damaideno, Venetiis per plures annos antiquitatis studiis impense vacanti. Cum autem ei inter hos antiquos lapides sex dederit gentis Actiae, quae ex Arretinis ad Sabinos, inde ad Romanos transivit, et postea ex Romana colonia Atesten ducta, Actios ibidem decuriones, duumviros et Atestinos principes et ex illis serenissimos Brunsvigi, Lunaeburgi, Ferrariae, Mutini duces procreaverit, hos lapides praecitatus dominus Lefebure coram nobis personaliter explicare voluit et propria manu huic publico nostro instrumento, ne ulla falsitatis aut erroris labe macularentur, sub praedicto praestito iuramento inscribere et effigurare desideravit, prout inscripti et effigurati apparent. Et sunt, qui sequuntur: